



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Suspirium secundum petitionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

412 TESTAMENTI ANIMAE
quam in hoc mundo: omnia etiam
opera, cogitationes, & actiones
quas possent infiniti homines, tot
quot tua omnipotentia creare po-
test, agere. ita ut si possem, vellem
omnia eorum opera bona cum ea
efficacia quam tu maximam com-
prehendere potes, tui amore, per-
fectissimè facere.

Et ne multis: offero tibi meip-
sam ad omnem angustiam, tribula-
tionem, aduersitatem, desolatio-
nem & derelictionem animæ &
corporis, eo modo, quo tuæ sanctis-
simæ maiestati amplius placet.

Offero denique tibi, & Patri, &
Spiritu Sancto, omnes labores, &
angustias totius vitæ ac mortis
tuæ: omnia item merita tua, & B.
matris tuæ, & SS. Angelorum, &
omnium Electorum.

SUSPIRIVM SECVNDVM
petitionis.

Ad hæc, ô Domine, quotiescun-
que suspirando dixerò: O D O M I-
N E A T E P E T O: hicq; substitero,
cum

tum cum tota efficacia cordis mei
omnia infra scripta pro me & pro
alijs petere intendo.

Primò vt mihi concedas cuncta
in oratione Dominica à te nobis
tradita, contenta.

Vt mihi peccatorum meorum
veniam largiaris, meque ab omni
peccato præserues, ne deinceps di-
uinam maiestatem tuam alicuius
sceleris admissione offendam.

Vt dones mihi cognitionem tui
ac mei.

Vt omnia dona Spiritus sancti:
omnes virtutes Theologicas & mo-
rales: præcipuè humilitatem, obe-
dientiam, paupertatem, & patien-
tiam, & quicquid animæ vel cor-
pori meo necessarium est, aut ad
eorum ornatum spectat, largiaris.

Vt omnes homines illumines,
maximè fideles, eosque adiuues &
conferues in tua gratia & amore:
speciatim summum Pontificem,
Cardinales, Episcopos, Religiosos,
& vniuersum populum Christia-
num.

714 TESTAMEN. ANIMAE

Vt omnibus fidelibus viuis, & defunctis, parētibus, cognatis, amicis, & inimicis, benefactoribus, & omnibus qui se meis orationibus specialiter commendāunt, aut quibus quocunque modo debitor sum, succurras.

Vt peccatoribus criminum suorum indulgentiam tribuas: & probos in bona vita conferues.

Vt mihi totum quicquid habes, & quidquid es largiaris.

Vt mihi gratiam, omnes Angelos & Sanctos, beatissimamque virginem Mariam matrem tuam imitandi dones.

Vt me tibi quatenus homini perfectē conformes: & quatenus Deo tecum, & cum Patre, ac Spiritu sancto indissolubili amoris vinculo vnias: meque ad altissimum perfectionis gradum, ad quem creaturam aliquā pertingere posse intelligis, prouehas: Hac omnia tam pro me quam pro alijs præsertim tuis ac meis specialibus petere intendo.

SV SPL